

*The Observations of the Ancients concerning the Obliquity of the Zodiac, in a Letter of Mr. Edward Bernard to Mr. John Flamsteed Math. Reg.*

*De Obliquitate Zodiaci, Scriptores Græci.*

**H**Anc reperit Eratosthenes, ante natum Christum an. 230. Grad. 23. atque insuper 51°. 19'. 31". 5'.

Distantia enim tropicorum ipsi fuit  $\frac{11}{33}$  circuli Meridiani five 47. gr.  $\frac{52}{33}$ . Ptol. *my. our.* p. 18. 21. Quare  $\lambda\delta\zeta\omega\pi$  Eratosthenica minor erat Ptolemaica tantum  $\frac{2}{3}$  unius minutis secundi, re sane contemnenda.

Eratosthenes apud Cleomedem, Ricciolo eruente, (*supra* grad. 23.) 46'. 00".

Eratosthenes à Ricciolo quasi correctus. 31'. 5".

Hipparchus (ante Christ. 140.) Eratosthenicam retinuit. Ptol. *our. my.* p. 18. & p. 60. Theonis, ὡς ἀριθμὸς εἰληματῶν. 51°. 19". 31". 5'''.

Tabulæ tamen Chovaresmicæ, conditæ post Christ. 830. exhibent Canonicam  $\lambda\delta\zeta\omega\pi$  Alexandrinorum, juxta MS. Lat. D. Hattoni 51°. 00".

Pytheas Massiliensis, ante Christ. 324. Ricciolo. 52°. 41'.

Aristarchus ante Christ. 280. Illustri Savilio supputante, 51°. 20'.

Aristarchus, ex ratiocinio Riccioli 30°. 00".

Strabo Geographus, pag 93. post Christ. 30.  $\frac{2}{3}$ . Circuli, five præter gradus 23. adhuc unius, five 60'. 00". 00'''.

Nec aliter Geminus (tempore Christi) Cap. IV. Element. Astron. Et Tatius c. 26. atque Proclus de Sphæra. Indique, five Astrologi, apud Noddamum Arabem, Abrahamum Abeneidram, &c.

Noddamus Astronomus, qui floruit circa an. Domini 1200. notat  $\lambda\delta\zeta\omega\pi$  neque observatam unquam maiorem gr. 24. neque minorem 23, 33': continuo tamen decrevisse.

R 2

Cl. Pto-

Cl. Ptolemæus post Christ. 140. saepius expertus & Crico suo & Plinthide, semper reperit proxime eandem cum Eratosthenica; 51. 20'. 00".

Distantia enim Tropicorum versabatur inter  $47\frac{2}{3}$  &  $47\frac{3}{4}$ . Sed elegit pro Selidio suo  $47, 42', 40''$ . *πωτ.* μ. p. 18, 20, 21. & p. 27. capit pene medium, *μωρ.* κγ. νδ. κ''. *εὐλίσα.* Nec aliter in Hypothesibus Planetarum. Theo vero in Canonibus *προτότιποις* facilitatis causa præteriit minuta secunda. Fallitur autem Ricciolus, dum ex Climate Rhodi colligit *νοέδησις* modum pro Ptolemæo  $23, 30', 00''$ .

Pappus Alexandrinus (post Christ. 390.) I. 6. Theor. 35', Ricciolo  $30'. 00''. 00''$ .

Pappus, Fr. Commandino colligente  $50'. 00''. 00''$ .

Theo (post Christ. 370) pag. 88. accuratius  $51'. 20''. 00''$ .

A'ibi numero rotundo, ut p. 57. & passim in Canonibus suis *προτότιποις* nondum vulgatis  $51'. 00''. 00''$ .

### *Arabes Persæque.*

**A**lmamon Princeps, A. Christi 825. Hegiræ 210. 23. 35'. Grav. p. 44. ex Ebn-Shatir Damasceno MS. Seld. ad silentibus ei plurimis Astronomis. Ita etiam refert Abenesdras MS. Lat. in Archivis Digbeanis. Insuper Astronomus incertus in Arch. Seld. affirmat Iahia Ebn Almamoni, *فَلِخَوْتُ* *بِالقِيَاسِ إِنْهَاكَ* experimento deprehendisse. 23, 35'.

Idem tradit de observatis Almamonis Doctissimus AlNoddam in commentariis suis ad Astronomica Hosein Nisaburiensis. Imo addit ille eodem ævo saepius observasse Beni Musa modum eundem gr. 23, 35. Bagdadi in campis. MS. Arab. Coll. S. Johan. Oxon. Hunc etiam placuisse plerisque sequentium Astronomorum. Sanc in eo quiescit Alferganus Astron. suæ. c. 5.

Mohammed Ebn Gaber AlBatanius, (Al Battanius,) Raccæ.

Raccæ. Ricciolo A. D. 880. Ill. Savilio 890. Gravio p. 44.  
882. Hegiræ 269. Obiit ille Hegiræ 317, A. D. 929. Ab-  
olfaragi Hist. p. 191. 35'. 00'.

AlBatanius hac in re suas *τυπήσεις* præferre non dubitat  
Ptolemæi dictis, c. 4. aitque se adjutum longissima Alhi-  
dada, seu Regula Parallactica ad formam Ptolemaica-  
rum, cum cura & assiduitate reperisse apud Raccam tro-  
picorum distantiam, 47, 10'. (hoc est, 59, 36' minus 12,  
26'.) atque adeo Latitudinem Raccæ 35. gr. quam ta-  
men Ulocbegus statuit 36. 10'. Schickardus apud Curtium  
(p. 33.) & Ricciolus gr. 36.

Thabet Ebn Corra (Ricciolo A. D. 1210. rectius 901.  
Hegiræ 289.) reperit  $\lambda\delta\xi\omega\sigma\pi.$  33, 30".

AbulHosein Ebn Suphi. 35'. 00".

AbulWafi AlBuziani, & Abn Hamed Saganensis, vir in-  
geniosissimus, (A. D. 987. Heg. 377.) Bagdadi repererunt  
 $\lambda\delta\xi\omega\sigma\pi$  tantum non 35'.

Ita & auctor  $\lambda\mu\tau\pi^{\circ}$   $\xi\beta\gamma$ , Persa in Arch. Seld. 35'.

Tabulæ itidem Persicæ Chrysococcæ 35.

AlBatruniūs AbulRihan (A. D. 995. Hegiræ 385. Ab-  
olfaragius hunc ponit ad Hegiræ 463. seu A.D. 1070.) usus  
quadrante, cui radius xv. cubitorum Grav. p. 44. ex Cod.  
Arab. Birunii. 35'.

Verum Abu Jaafer Alchazan, cum socio suo Abufadlo  
Harwanensi apud Edeßam, & istius ævi alii (A. D. 970.)  
observerarunt  $\lambda\delta\xi\omega\sigma\pi$  ad 23, 35'. plane non acceſſibile, sed  
paulo fuisse minorem.

Almæon F. Almansoris (A. D. 1140 Ricc.) 33, 30',  
at ille Clavio & Mæſtlino 33'.

Ismael Abulfeda princeps Hamæ (A. D. 1311. Hegiræ  
711.) in tabulis suis MS. Arab. Coll. S. Joan. retinet forte  
ob Almamonis auctoritatem 35' 00".

Prophatius Judæus (A. D. 1300. Ricc. 1303. Mæſtlino  
apud Curtium p. 40. 230. annis post Arzachelem, inquit  
Copernicus.) & Ricciolo, & MS. Coll. Merton. 32. 00.

Abu Mahmud AlChogandi (A.D. 992. Hegiræ 382.) tempore Fecroddaulæ, sextante cujus radis erat cubitorum XL. limbisque in minuta secunda distinctus, invenerat  $\lambda\delta\zeta\omega\pi\tau$  minorem quam unquam captaverat a- liquis majorum suorum, nimirum 32', 21".

Hinc Noddamus Astronomus adfirmat (MS. Coll. Jo-  
an.) solis declinationem maximam vix unquam mino-  
rem fuisse repertam. 23. & 33'.

Arzachel Hispanus (Gravio p. 44. A. D. 1089. Hegiræ 482. Ricciolo 1070. Mæstlinus apud Curtium p. 35. 1075. Copernico l. 3. c. 6. annis 190. post Al Battanum) proposuit  $\lambda^{\circ} \xi^{\circ} \omega^{\circ} 11.$   $23.$  &  $33.$   $30''$ . Ita MS. Coll. Mert. Ox. ubi dicitur differentia  $17'$ ,  $30''$ , intercedere inter  $\lambda^{\circ} \xi^{\circ} \omega^{\circ}$  Ptolemæi & Arzachelis.

Apud Maragam Nobilissimus Perſa Chojah Nasirodinus Tusensis anno Domini 1269. Hegiræ 668. (at Gravio p. 44. 1261. Hegiræ 660.) accuratissime obſervavit  
20° 50' 23. & 30'. 00'.

Hæc est minima ex maximis solis declinationibus, quæ ad hunc usque diem reperta fuit, ait Doctiss. Commentator ad Astronomica Hosein Nisaburiensis.

Ebn Shatir Damascenus MS. Seld. A. D. 1363. ait se  
emendasse  $\lambda\delta\omega\sigma\tau\gamma$ , non neglecta solis parallaxi, quæ hori-  
zontalis capta est gr. 2. 59. Huic solis max. declin. 23.  
& 31. 00.

Olocbegus Princeps A. D. 1437. Hegiræ 841. cum Aly  
Cushgio aliisque Astronomis, usus summa cura, & maximis  
instrumentis, (vide Gravium p. 44.) reperit λόξωσιν. 23. &  
30. 17'. Ita MSS. Coll. D. Joan. & Bibliothecæ Savilia-  
næ. Nam MS. Seld. exhibet 23. 30' 27".

Rabbi Moyses ben Maimon Judæorum doctissimus ait  
in Jad. de *Consecratione Calendarum* c. ult. §. 4. maximam  
Zodiaci obliquitatem fuisse A. D. 1174. 23. gr. & 30.  
εγγιστα.

Josephus vetat, mi Frater, ne quid amplius ad te scribam hac de re. Scias tamen vix dimidiam partem Astronomorum.

stronomorum Orientalium, quorum scripta hujus Academiarum Bibliothecis servantur, à me consultam fuisse. Otiūm aliud expecto. Valeto. Habent etiam Bibliothecae Bodleiana, Mertonensis, Huntingtonia, illa Serenissimi Regis in Palatio Jacobæo, tum aliæ per Angliam; unde juvari delectarique potest vir de Cœlo bene meritus D. Streetius. Dolet me, quod nunc non vacat tam bono viro.

Oxon. Aug. 14. 1681.

De indole ac natura Cometarum ego plane *χωραιζω*: quod tamen cum laude aliter sentientium, cum tua maxime facio. Vale rursus mi amice, Ocelle Astronomiæ.

Hæc talia bis scribere non soleo. Servabis igitur penes te, non tam Uraniæ causa, quam mea.

Ex hisce autem Observatis aliquique quæ mecum adhuc cis vulgus servo, unam eandemque suspicor fuisse à primordio mundi *λεξαντηνη* Zodiacam. Æva enim recentia, quod vides, melioribus organis errorem excessumque veteris Astronomiæ probe correxerunt.